



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Figuræ & Prophetiæ de virginitate Deiparæ, n. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Hieronymi sententia de Zacharia filio joidae non probatur.

**Basilio.**

Basilio de humana Christi generatione eandem historiam ab Origene allatam refert aitque Zachariam patrem Joan. Baptistae interfectum, quod rem inauditam, prodigiosamque pradicaret, Virginem videlicet patientem contra virginitatis corruptionem.

**Nyssen.**

Nyssen hom. de Christi Nativitate haec eadem habet, additque locum Virginum fuisse quoddam spacium inter templum, & altare Judaeos autem cum audissent a Zacharia rerum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine id est ex Virgine produxisse, metuentes ne Regi subderentur, Zachariam Sacerdotem, qui haec de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecisse Idem de Deipara in templo in loco Virginum etiam post partum consistente, & de nece Zachariae habent Cyrillus libro aduersus Antropomorphitas c. 27. & Metaphrastes in com. de S. Io. Bap. & Theophilactus, & Euthymius in c. 27. Matt. Quin etiam praeter citatos Auctores, alij quoque de Zacharia Ioan. Baptistae parente, Christum intellexisse cum dixit Matth. 23. *Quem occidistis inter templum & altare,* testantur Epiphanius in libr. de vitis Prophitarum in Zacharia Andreas Cretensis in orat. de amputatione capitis Ioan. Bap. Cedrenus in compendio histor.

**Cyrillus.**

**Metaphr.**

**Theophil.**

**Euthym.**

**Matth. 23.**

**Epiphan.**

**And. Cret.**

**Cedrenus.**

Et vero hoc Virginis epithetum aded proprium est Deiparae, vt Epiphan. har. 78 *Quis unquam, inquit, aut quo seculo ausus est proferré nomen sanctae Mariae, & interrogatus non statim incubi Virginitatem vocem? & Abrahamo impeditum est epithetum Amicus Dei, & non dissoluitur, Iacob vero, vt Israel vocetur, & non alter abicitur, & sancta Maria vox Virgo, & non mutabitur. Impolluta enim permansit, haec ex Epiphani.*

**Epiphan.**

**Jacob. 2.**

**Gen. 32.**

**Jdelfonsus**

Jdelfonsus vero sermone 4 de Assumptione, eam dicit Virginem sanctam, Virginem prudentem, & vnam ex numero prudentum, Virginem pulcherrimam, Virginem pudicam.

Verum cum de virginitate Deiparae Patres, & Theologi tam accuratè, tam copiosè egerint contra Judaeos, Ethnicos, & Haereticos, praeterea noster Canisius toto libro 2. de beata Virgine, & noster Suarez tomo 2. in 2. parte disputat. 5. & 6. non est cur plumbus in re clarissima immoremur: aliquas tamen ex

**Canisius.**

**Suarez.**

sacris litteris, siue figuras, siue prophetias, quibus Deiparae virginitas secunda significatur, afferemus, quae adiunctis Patrum explicationibus ad hanc veritatem confirmandam, & illustrandam vim habent maximam,

FIGURAE, ET PROPHETIAE DE virginitate Deiparae.

**PRIMA** fit ex sacra Genesi: *Adam de terra Gen. 2. virgine (inquit Ambrosius serm. 37. de Figur. & quadrag.) natus est, & Christus matre virgine procreatus; illius maternum solum, nec dum de virgine scissum fuerat; istius maternum secretum nunquam concupiscentia violata. Adam Dei matris plasmatur è limo: Christus Dei spiritu formatur in utero. sic Ambrosius, & Irenaeus lib. 3. contra haereses c. 31. Quemadmodum protoplastus de iudi terra, & adhuc Virgine (non enim pluerat Deus, & homo non erat opera us terram) ita recapitulans in se Adam ipse Verbum existens ex Maria, quae adhuc erat Virgo rectè accipiebat generationem Adae recapitulationis, Andreas Cretensis orat. in Annunc. sanctae virginis tellus, ex qua nouus Adam ineffabili fictione formatus est, qui veterem saluti restitueret. Salue Dei ager amplissime, quem nullus alius locus, nisi tu sola, comprehendere potest.*

Genes. 3. *In micis as ponam inter te, & mulierem, id est Virginem Deiparam, & semen illius; semen mulieris est Christus Dominus, & ab ea denominatur, quia vt homo, ab ea sola carnem suscepit. Quod rectè expendit Irenaeus lib. 4. c. 78. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem ca. 20. Cyprianus lib. 2. testimon. cap. 9. Rupertus lib. 3. de Trinitat. c. 34. Epiphanius haeres. 78. Imple, inquit, hoc in semine sancto eximio solo quod a Maria solum intantum est, & non ex coniugio viri. sic Epiphanius.*

Ex d. 3. *Rubus ardens incombustus, vt canit Ecclesia Deiparae virginitatè significat. quoniam Rubus illo ab igne quo ardebat, vultum non amittebat: ita Deipara Deum, qui ignis dicitur Deut. 4. concipiens, virginitatis virtutem retinuit. Et Proclus Episcopus Constantinopolitanus de Deipara: Haec, inquit, animata natura Rubus, quem diuinus pariter ignis non consumpsit. Et Bernardus hom. 2. super missus est: Pertendebat, inquit, Rubus ille Mariam patientem, & a dolore non sentiens eodem modo explicat Andreas Cretensis orat. 2. de*

**Ephraim.** dorm. Ephraem ferm. de laud. Virg. qui etiam sic affatur: *O Rubus ardens incombustus* Hely. hom. 2. de Deipara. Gregorius Nissenus orat. de humana Christi natiuitate. Chrysoftomus, Eucherius, Chryfippus hom. de Deipara: *Aue* inquit *Rubus ardens igne spirituali, nusquam tamen aduersus*. Damasc. orat. 1. de dorm. Georg. Nicom. orat. de oblat. Virg. & alij Orig. verò pulchre hom. ex decem varijs tom. 3. Siccut, inquit, Rubus quondam comburi videbatur & ignis eum non tangebatur: & sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamen eos non lædabat incendium, nec odor fumerat in eis: vel quemadmodum Danieli intra lætuleam incluso, claustris non apertis allatum est prandium ab Abacuch: ita & hæc Virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit. & infra: Huius virginis Dei dicitur hæc mater virgo Maria: digna digni immaculata sancti, Amica vnico, nec enim alter virginis super terrena venit aut alia Virgo virginis genitrix. hæc Origenes in eadem quoque sententiam eleganter Rubum incombustum explicat Ildefonsus ferm. 1. de assumpt.

**Ildefonsus** Exod. 31. 14. Exod. 31. *Ipsa lex sine graphio*, inquit Augustinus ferm. 14. de Natali, scripta in tabulis lapideis, hanc virginis indicabat. Georgius Nicomediensis orat. de oblat. Virg. vocat eam Tabulam à Deo impressam. Idem Damasc. orat. de dorm. Ephraem. ferm. de laud. Virg. eam Tabulam appellat scriptam legem ferentem mortalibus.

**Per virgã** Num. 17. *Virga Aaron*, inquit Augustinus loco citato *annua siccata plurimis, sine aqua reuiuiscit in templo floruit, nucis produxit*. Idem ferm. 3. aduent. Virg. Aaron, inquit, ecce protulit, quod ante non habuit, non radicata plantatione non defossa farcul, non animata succo, nec foecundata seminario, & tamen cum illic deessent vniuersa iura naturæ, protulit virga, quod nec semine suggeri potuit, nec radice: virga ergo potuit contra naturæ iura Dei filium generare, hæc Augustinus. Et Cyprianus Ierolymitanus cath. 18. *Si illa floruit propter summum sacerdotem, hæc ut pareret verum sacerdotem*. Bernardus loco citato, *Quid, inquit, rogo virga Aaron florida, nec humectata significat, nisi piam concipientem, quæ cuius virum non cognoscentem, huius magni miraculi manus mysterium Isaias edisserit dicens, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, virgam Virginem*

florem, Virginis partum intelligens, & infra: *Nec virgæ virorem floris lædet emissio, nec Virginia pudorem sacri partus editio*. Ita Bernardus, qui illam addit similitudinem: *Sicut, inquit, genitrix Dei, sine sui corruptione, Syderis sicut parum suaradii: sic abique sui læsione Virgo parit filium: significat, nec Syderis radius suam minus claritatem, nec virginis filius suam integritatem*. hæc Bernardus Helychius ad virginitatem Deiparæ refert hæc Helychius virgam nullo modo vulnerari, aut incuruari potuisse. & Ephraem orat. de laud. Vir. ad eam sic ait: *O viridam Aaronis virga: virga cuius numero existis, & flos filius tuus*. sic ille. & Ildefonsus ferm. 6. de Assumpt. virga, inquit, Aaron sacra est Virgo Maria, quæ neque, facta, neque radicata sine vilo cultore tertio die, hoc est, tertio seculi tempore sancto Spiritu est fecundata, nobiscum; Deum genuit, & hominem Christum, cuius vtraque substantia bene per Amygdalam est figurata. Amygdala namque ex carne, osse, & nucleo constat, sic Deus & homo in vna persona est Iesus Christus: & in Amygdala quidem caro exterior amarissima est, nucleus verò interior vescentes grata dulcedine reficit, sic & Christus, per humanitatem passionis amaritudinem sensit: per diuinitatem impassibilis mansit. De hac virga Isaias Propheeta dixerat. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. huc vsque Ildefonsus.

Num. 24. *Orietur stella ex Jacob*, quod Iustinus martyr Apol. 2. pro Christianis ad virginitatem Deiparæ accommodat similiter & Bernardus hom. 2. super Missus est: *nec Syderis radius suam minus claritatem: nec virginis filius suam integritatem: ipsa igitur est nobilis stella ex Jacob cuius radius vniuersum orbem illuminat: dicitur verò stella Jacob, quia ex stirpe Jacob, & quia Jacob supplantatiorem sonat, demonum cum prudentissima fuit supplantatrix, & Christi aduentum veluti stella matutina prænuuciauit, 15. Iudic. 6. vellus Gedeonis rote perfutum & madidum: Quod, inquit Bernardus loco cit. de carne tonsum, sed huc vulnere carnis in area ponitur, & nunc quidem lana, nunc verò area rote perfunditur, carnem assumptam de carne Virginis abique detrimento virginis ostendit: & quemadmodum in Gedeonis vellus rote celestis descendit, ita Virgini distillantibus coelis tota se intudit plenitudo diuinitatis. Ita Bernardus Ideo Method orat. in Hypaspante ad Deiparam: *Tu, inquit, incomprehensibilis illis rotis vellus, & Procius Episcop. Constantino-**





& Blasius Viegas in Apoc. 11. comm. 3 sect. 14  
 Ha. quoque c. 11. habetur: *Egredietur virga*  
*de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet,* de  
 quo Ephraem ser. de laud. Virg. ubi eam vir-  
 gam, & Christum florem dicit. Idem Bernar-  
 dus hom. 2 super missus est, & Hieronymus  
 in Iaiam, & epist. 22. Vbi virga, inquit, mater  
 est Domini simplex, pura, sincera, nullo extrinse-  
 cto germine coherens, & ad similitudinem Dei  
 unione fecunda. Virga flos Christus est, dicam  
 ego flos campi, & liliu conuallium. Ita Hierony-  
 mus. merito autem virgæ assimilatur Deipa-  
 ra, quod recta, tenera, & absque peccati modo  
 sit.

Isa. 19. Et capite 19. *Ascendet Dominus super nu-*  
*bem levem,* id est, nullo humani seminis pon-  
 dere pragrauatam, ut Ambrosius, & alij  
 exponunt, de quo egi supra capite decimo-  
 tertio.

Isa. 35. Et capite 33. *Latabitur deserta & in via,* &  
*excultabit solitudo, & florebit quasi liliu,* quod  
 pulchrè Bonaventura in Speculo capite deci-  
 mo de Virginitate Deiparæ exponit.

Isa. 33. Et cap. 35. de Christo: *Et ascendat sicut vir-*  
*gultum coram eo, & sicut radix de terra siccanti.*  
 quod Hieronymus ad virginitatem Deipa-  
 ræ applicat, & pluribus expendit Canisius lo-  
 co citato.

Isa. 66. *Antequam parirerit peperit, antequam*  
*veniret parit* eius peperit masculu. Quia  
 ut exponit Damascenus lib. 4 cap. 15. *Virgo*  
*sanctissima sine dolore peperit quem sine voluptate*  
*concepit.* hæc ex Iaiis.

Jerem 31. *Apud Ieremiam est locus ille celebris ca-*  
*31. No uum creauit Dominus super terram fe-*  
*mina circumdabit virum,* quia sola Virgo sine  
 viro concepit Christum, qui adhuc in utero  
 matris erat vir omni sapientia perfectus, quod  
 Augustinus egregiè explicat in hunc sensum  
 ser. 18. de sanctis, & Bernard. pulchrè expendit  
 homil. 2. super missus est: *Vir, inquit, erat Iesus*  
*nec dum ortum natus, sed sapientia, non astate ani-*  
*mi vigore, non viribus corporis, maturitate sen-*  
*suum, non corpulentia membrorum.*

Ezec. 44. *Apud Ezechiel. 44. Porta Orientalis clausa,*  
 ut cap. 2. uberius dixi, hoc ipsum ostendebat  
 ex Ambrosio de Instit. Virg. cap. 8. similiter  
 id explicat Hieronymus in Apologia ad Pam-  
 machium, & in Ezech. c. 44. Augustinus ser.  
 2. de Natiuit. Chryostomus orat. de Annun-  
 ciatione. Damascenus lib. 4. de fide cap. 15.  
 & orat. 1. de Natiu. Epiphanius sermone de

laud. Virg. Ildesofus in sermo. de Assumptio-  
 ne sepe, & alij. Addam verba Origenes hom. 2  
 ex varijs tom. 3. ubi Deiparæ virginitatem ex  
 hac Porta Orientali clausa astruit: *Porta hæc,*  
 inquit, *Orientalis, qua respicit ad Orientem, sem-*  
*per clausa erit, & nemo intrabit per eam, nisi so-*  
*lus Pater, & sic clausa lapide exciusi Domi-*  
*ni de sepulchro, ita clauso utero Virginis in hunc*  
*mundum intrauit.* sic Origenes. Ildesofus verò  
 in sermone de parturitione, & purgatione B.  
 Virginis ex quodam hymno S. Ambrosij in  
 honorem Virginis hæc habet.

*Sua porta Christi peruisa*  
*R. fides plena gratia*  
*Transiit Rex, & permanes*  
*Clausura, ut fuit per secula.*

Danielis 2. *Lapis abscissus de monte sine ma-*  
*nibus,* Christum significat lapidem pretiosum Lapa de  
 de monte (id est, Virgine) sine viili opera ge-  
 nitum. ut cap. 5. diximus ex complurium Pa-  
 trum sententiis, & percussit statuam Nabucho-  
 donosori per vi. um ostentam. Nam ex Hiero-  
 nymo in epist. 22. *Christus lapis prædicatur ab-*  
*scissus de monte sine manibus, significante (inquit*  
*Propheta) Virginem nasciturum de virgine: mo-*  
*nus quippe accipiuntur pro opere nuptiarum, ut*  
*ibi sinistra eius sub capite meo, & dextera illius*  
*amplexabitur me, ita Hieronymus.*

VIRGINITAS DEIPARÆ ALIQUI-  
 bus gentilibus præstensa,

20 Quoniam autem virginitas fecunda mi-  
 raculum est longè maximum: Siqui fauore  
 dem minus, inquit Ambrosius de Instit. Virg. c. miraculo  
 5. erat hominem resurrexisset, quam Virgine maxime  
 parturire; etenim jam Elia precibus, Elifus ora-  
 tionibus mortui resurrexerant, nunquam autem 3. Reg. 11.  
 ante, nunquam postea Virgo generauit. ita Am. 4. Reg. 4.  
 brosius, cui cononat Theophylactus: *Majus Theophrastus*  
*est, inquit, Christum à Virgine nasci, quam a*  
*mortuis resurgere.* Idcirco voluit Deus etiam Virgo  
 inter gentiles hanc Deiparæ virginitatem à Si-  
 byllis celebrari, quas omnes refert ad verbum Is. 47.  
 Canisius lib. 2. de B. Virg. cap. 7. Sanè Sibylla  
 Cæmæa speret id vaticinatur, ex qua Virgilius celebrat  
 ut Augustinus animadverte libro 10. de Ciuit. Canisius  
 cap. 27. & Constantinus Magnus oratione ad Virg-  
 lanctum Cæum cap. 20. integram ferè eglo-  
 gam, cuius initium est: *Sicelides musæ, delum.* Constan-  
 psit: licet Poëtico more ad alium sensum Magne-  
 detor-